poſſint. Cùm igitur ita poſiti ſunt, vt ſitu inuicem ſimili reſpondeant, atque mediũ teneant, mouendi ſeſe ſurſum, deorſum, latúſque verſus, eodémque in puncto ſibi pupillam habeant, tunc ſitu integerrimo conſtant, præcipuéque mobiles circumaguntur: atqui eodem in puncto pupillas continent, limi quidem non ſunt. Diſcrepare quoque inter ſe poſſunt, & aliis parte alba retracta, nigræ nonnihil occulitur, modo eorum qui ſternutaturi ſunt, aliis in angulum exteriorem nigra conuellitur, vt furioſis: aliis in interiorem nares verſus incumbit, vt tragicis laruis, hominibúſque acerbis, ſeueríſque: ſunt enim contuitu graui, cogitabundóque. Quoties verò ſitu diſſimili globi poſiti ſunt, ſed puncto eodem radij profluunt, aut ſitus ſimilis eſt, ſed punctum non idem, limis oculis hominem eſſe neceſſe eſt: itaque hic ſuſpicit, & oculos contrahit: globum enim eundem in habitum collocare conatur, atque alterum firmum continet, alterum agitat. Haud enim fieri poteſt quin limus ſit, qui non eodem de puncto radios depromat, quippe qui dimotum contuendi principium habeat, perinde ac ille, cui res vna geminari oculo ſuppreſſo videtur. Ergo ſi oculus ſurſum dimotus eſt, terminus inſpiciendi deorſum eſt, ſed ſi oculus lapſus deorſum eſt, terminus ſurſum habetur. Oculo tamen vno ſitu ſuo dimoto moueri quidem res viſa ſurſum, deorſúmve ob id ipſum videtur, quia pupilla ita ſe mouet: ſed geminari haud vnquam videri poteſt, niſi duplex conſpectus ſit, peruertatúrque ratio videndi. Ita fit, vt ſtrabonibus res eadem geminari videatur. Cauſam ſitus habet, eò ſcilicet, quòd oculus non ſuo medio nexus, locatúſque eſt. 8 Quam ob rem qui cognomen luſcioſi habuerunt, literas minutas ſcribere conſueuerunt? Mirum enim vt qui obtuſis ſunt oculis, rem faciant, quam eorum facere intereſt, qui acumine valeant oculorum. Vtrum quia proximè poſita magna eſſe videntur: illi autem oculis proximè admotis ſcribere ſolent. An quia contractis palpebris ſcribant. Fit enim per imbecillitatem, vt ſi laxatis, diductíſque oculis ſcribant, aſpectus diſtractus, paſſúſque hebeteſcat: ſi adductis, & conniuentibus, vniuerſim depromptus acutius videat. Quòd tamen angulum informat exiguum, efficit neceſſariò, vt exiguæ literæ ſcribantur. 9 Cur nonnulli poſt lippitudinem acutius videant? An quia purificati oculi ſunt. Fit enim ſæpe, vt exterior denſitas pupillæ aciem arceat, quæ lacryma emiſſa laxatur, atq; reſoluitur.

A ὅταν οὖν ἔχουσαι ὡς αἱ ὅμοιαι ἔχωσι τῇ θέσει ἀλλήλαις, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ ἐπὶ τὸ ἄνω καὶ κάτω κινεῖσθαι, καὶ εἰς πλάγιον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐὰν τὴν λάβωσι τὴν ὄψιν, αὗται μὲν ἀδιάστροφοί τε καὶ μάλιστα ἀκίνητοι τῇ θέσει· ὅσαι δὲ ἐπὶ ταὐτοῦ σημείου λάβωσι τὰς ὄψεις, ἀδιάστροφοι μέν εἰσι, διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων. καίτοι κρύπτεται τοῦ μέλανός τι καὶ τοῖς ἄνω B βλέπουσι τὰ λευκά, οἷον μελλόπταρμοι· ἕτεροι δὲ, εἰς τὸ πλάγιον, ὥσπερ οἱ μανικοί· οἱ δὲ, εἰς τοὺς μυκτῆρας, ὥσπερ τὰ τραγικὰ πρόσωπα, καὶ οἱ στρυφνοί· συννοοῦν γὰρ τὸ βλέμμα. ὅσοι δὲ μήθ' ὁμοίως κειμένων τῶν σφαιρῶν ἐπὶ ταὐτοῦ σημείου ἔχουσι τὰς ὄψεις, ἢ ὁμοίως μὲν κειμένων, μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ, οὗτοι διεστραμμένοι εἰσί· διὸ ὑποβλέπουσι καὶ συνάγουσι τὰ ὄμματα. πειρῶνται γὰρ ἐπὶ C ταὐτὸν καταστῆσαι σχῆμα τὴν σφαῖραν. ὥστε τὸν μὲν ἐῶσι, τὸν δὲ σχηματίζουσι τὸν ὀφθαλμόν. ἐὰν γὰρ μὴ κατ' αὐτὸ σημεῖον τεθῶσιν αἱ ὄψεις, ἀνάγκη διεστράφθαι. ὥσπερ γὰρ τοῖς ὑποβλέπουσιν [ὑπὸ] τὸν ὀφθαλμὸν, [τὸ ἓν] δύο φαίνεται, (καὶ γὰρ ἐκείνοις κεκίνηται ἡ ἀρχὴ) καὶ τούτοις ὁμοίως. ἐὰν μὲν οὖν ἄνω κινηθῇ ὁ ὀφθαλμὸς, τὸ πέρας κάτω τῆς ὄ- D ψεως γίνεται· ἐὰν δὲ κάτω, ἄνω τὸ πέρας. ἐν ἑνὶ δὲ ὀφθαλμῷ μεθισταμένῳ, κινεῖσθαι μὲν τὸ ὁρώμενον δοκεῖ διὰ ταῦτα ἄνω ἢ κάτω, ὅτι καὶ ἡ ὄψις· δύο δὲ οὐ φαίνεται, ἐὰν μὴ δύο αἱ ὄψεις ὦσι, καὶ διαστρέφει. τοιαύτη μὲν τῷ ἑτεροφθάλμῳ γίνεται, ὥστε δύο φαίνεσθαι κατὰ τὴν θέσιν δὲ γίνεται, τῷ μὴ κατὰ μέσον τοῦ ὄμματος κεῖσθαι. η Διὰ τί οἱ μύωπες μι- E κρὰ γράμματα γράφουσιν; ἄτοπον γὰρ τοὺς μὴ ὀξὺ ὁρῶντας, ποιεῖν ἔργον ὀξὺ ὁρώντων. πότερον ὅτι μεγάλα φαίνεται τὰ μικρὰ ἐὰν ᾖ ἐγγύς· οἱ δὲ προσάγοντες γράφουσιν; ἢ διὰ τὸ συνάγοντας τὰ βλέφαρα γράφειν; δι' ἀσθένειαν γὰρ τῆς ὄψεως, ἂν μὲν ἀναπεπταμένοις γράφωσι τοῖς ὄμμασι, διασπωμένη ἡ ὄψις, ἀμβλὺ ὁρᾷ. οὕτω δὲ ἀθρόως προσπίπτει. F γωνίαν δὲ μικρὰν ποιοῦσα, ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ μικρὰ γράφειν. θ Διὰ τί ὀφθαλμιάσαντες ἔνιοι, ὀξύτερον ὁρῶσιν; ἢ διὰ τὸ ἀποκεκαθάρθαι τὰ ὄμματα; πολλάκις γὰρ ἡ ἔξω πυκνότης ἀποστέγει τὴν ὄψιν· ἀποδακρύσαντι δὲ λύεται.